

## ARTICULUS III.

*Utrum caelum empyreum habeat influentiam super alia corpora.*

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod eae-  
lum empyreum influentiam habeat supra alia cor-  
pora. Ita enim est in aliis elementis, quod semper  
continens est salvans contentum, quamvis sit con-  
trarium sibi, eo quod est locus ejus, et habet se  
ad ipsum sicut actus ad potentiam, et sicut totum  
ad partem divisam, ut dicitur in 4. Phys. (a text.  
46, usque ad 49). Sed caelum empyreum conti-  
net alios caelos. Ergo multo fortius, cum non con-  
trarietur eis, videtur quod influat (1) in eos conti-  
nendo et salvando eos.

2. Praeterea, secundum Avicennam et alios  
philosophos, sol habet effectum in istis inferioribus  
per lumen suum, quod irridando emittit. Sed  
caelum empyreum est totum lucidum. Ergo vide-  
tur quod influentiam habeat in inferiora corpora.

3. Praeterea, in primo mobili est dextrum et  
sinistrum, et alias positiones, ut in 2. Cael. et  
Mun. (a text. 15 usque ad 16) determinatur. Sed  
hoc non potest esse nisi per influentiam aliquius  
superioris. Cum ergo nullum corpus sit superior,  
nisi caelum empyreum, videtur quod influentium  
eius habeat.

4. Praeterea, ad nobilorem formam est nobilior  
dispositio. Sed ad formam animae vegetabilis dis-  
ponit lux caeli sideri. Ergo cum anima sensibilis  
sit nobilior, videtur quod ad ipsam disponat lux caeli  
chryallini; ulterius ad animam rationalem lux caeli  
emperie; et sic influentiam habet in inferiora.

Sed contra, status gloriae est aliis a statu ge-  
nerationis et corruptionis, qui competit viae. Cae-  
lum autem empyreum ordinatur ad statum gloriae.  
Ergo videtur non esse ejusdem ordinis cum aliis  
corporibus. Sed ea quae non sunt ejusdem ordinis  
non habent influentiam ad invicem. Ergo caelum  
empyreum non influit in alia corpora.

Praeterea, Angeli sunt nobiliores caelo empyp-  
re. Sed Angeli non habent causalitatem super  
alias res. Ergo multo minus caelum empyreum.

Sorito. Respondeo dicendum, quod caelum  
empyreum nullum habet influentiam super alia  
corpora, quae rationaliter ponit possit. Non enim  
ponimus aliquod corpus habere influentiam super  
aliud, nisi per motum; quia, ut in lib. de Causis  
(propos. 3 prope fin.) dicitur, etiam anima in  
hoc ab intelligentia deficit, quia non imprimit  
in re nisi movens eas; et multo minus corpus.  
Nullum autem corpus moveat nisi motu, ut a  
Philosophis probatum est; caelum enim per mo-  
tum suum causat generationem et corruptionem  
in istis inferioribus: unde dicitur in 8. Phys. (text.  
1), quod motus ejus est sicut vita existentibus  
omnibus. Unde dicit Rabbi Moyses, quod caelum  
in universo est sicut vor in animali, cuius motus  
si ad horam quiesceret, corporis vita finiretur.  
Unde cum caelum empyreum ponatur immobile,  
non potest rationaliter ponit influentiam super  
corpora habere. Constat enim quod non habet in-  
fluentiam sine motu ad modum creantis. Nec ta-  
men negatur quin Deus potentiam influendi sine

motu ei conferre potuisse; sed quia hoc nec au-  
toritate confirmatur nec ratione, ideo positio eo-  
rum qui dieunt caelum empyreum influentiam su-  
per alia corpora habere, eadem facilitate contem-  
nitur qua tenetur; et praeceps eum in talibus  
non queratur quid Deus per miraculum possit  
facere, sed quid naturae rei conveniat, ut dicit Au-  
gustinus (2 super Genes., cap. 1).

Ad primum ergo dicendum, quod corpus mo-  
tum motu recto, generabile et corruptibile, indiget  
loco continente et conservante; et ista virtus lo-  
candi et conservandi attenditur in uno elemento-  
rum respectu alterius, cum virtute caeli influentis  
in elementa per motum. Corpus autem motum  
circulariter, incorruptibile, non indiget ad motum  
loco extrinsecus continente, nec etiam ad conserva-  
tionem; et quod aliquod hujusmodi corpus ha-  
beat exterioris continens, hoc est per accidens, ut  
in 4. Phys. (text. 45, circa finem). Commentator  
dicit: unde non dependet ab eo nisi in quantum re-  
volvitur revolutione ejus. In caelo autem empyreum  
non ponitur aliqua revolutione, unde non remanet  
aliquis influenti modus.

Ad secundum dicendum, quod lux caeli empy-  
rei, ut dictum est, non est per modum fulgoris  
irradiantis in alia corpora, et ideo nec etiam il-  
luminacionem influit in alia corpora: ejus ratio  
est, quia cum sit virtuosissimum corporum, et maxi-  
mum, sine lumine solis omnia illuminaret. Et  
praeterea lumen caeli non est causa effectiva in  
inferioribus, nisi supposito motu, qui a caelo em-  
pypre removetur.

Ad tertium dicendum, quod dextrum et sinis-  
trum sicut in caelo ex virtute motoris sui, qui-  
cumque sit iste, non ex influentia aliquius corporis,  
sicut et in animali est ex virtute animae.

Ad quartum dicendum, quod nobilissima dis-  
positio quae unquam potest esse in corpore ad  
formam, est infra nobilitatem caeli: unde eadem  
virtus caelestis est per quam corpus disponitur ad  
formam elementi et mixti, et animae vegetabilis,  
sensibilis, rationalis: nec oportet, si hoc caelum  
disponit ad animam vegetabilem, quod non possit  
di-ponere ad animam sensibilem, nisi probeatur  
quod ex hoc esset ultimum virtutis ejus; quod  
falsum est. Unde patet quod ista positio fundatur  
super tria falsa. Primum est quod dispositio quae  
est in corpore humano ad animam, non possit  
esse ex virtute solis. Secundum est quod lux sit  
corpus materialiter veniens in compositionem ani-  
mati. Tertium est quod sit per medium inter ani-  
mam et corpus; quae sunt absurdia apud omnes  
qui rationaliter locuti sunt; et ideo uno inconve-  
nienti dato, alia contingunt; et hoc non est mirum.

## Expositio textus.

*Quantas prius aternitates .... fuisse arbitrandum  
est?* Videatur falsum dicere, quia aternitas est tan-  
tum una. Praeterea. In quo differt saeculum, tem-  
pus, et aternitas?

Ad hoc dicendum, quod in Angelo est tria con-  
siderare: scilicet esse ejus, cuius mensura dicitur  
saeculum; quia, ut dicitur in primo Cael. et Mun.  
(text. 400), saeculum dicitur finis uniuscunq[ue].  
Secundo operationem ipsius, in qua res in pro-  
pria natura cognoscitur per species inatas, in qua  
est vicissitudo et aliquis modus motus; et sic men-

(1) *Ait*, non influat.

suratur tempore, quod tamen est aliud ab eo quod  
est numerus motus caeli. Tertio operationem qua  
Verbum intetur: et sic sit in participatione aeterni-  
tatis et beatitudinis; et secundum quod sunt mul-  
tae beatitudines participatae, ita et aeternitates:  
quamvis beatitudo essentialiter sit tantum una.

*Sed ibi caelum vocat Dei celsitudinem.* Hoc  
caelum non est corpus, quia caelum sanctae Tri-  
nitatis dicitur esse idem quod essentia maiestatis  
ejus: in quo caelo nulla creatura potest esse, sicut  
nec aequari Deo; sed tantum tres coeternae et  
coaequales in eo sunt personae.

## DISTINCTIO III.

*Quales facti fuerint Angeli,  
et quod quatuor eis attributa sunt in ipso initio sue conditionis.*

Ecce ostensum est, ubi fuerint Angeli mox at creati sunt;  
num consequens est investigare quales facti fuerint in ipso  
primordio sua conditionis. Et quatuor quidem Angelis videtur  
esse attributa in initio substantiae sue, scilicet essentia  
simplex, id est indivisibilis et immaterialis; et discretio perso-  
nalium; et per rationem naturaliter insitam intelligentia, memoria  
et voluntas, sive dilectio; liberum quoque arbitrium, id est  
libera inclinanda voluntatis sive ad bonum sive ad malum  
facultas: poterat enim per liberum arbitrium sive voluntate  
et coactione ad utrumlibet propria voluntate deflecti.

*An omnes facerunt aequales Angeli in tribus,  
seculis in essentia, in sapientia, in libertate arbitrii.*

Hie considerandum est, utrum in substantia spirituali et  
sapiencia rationali, id est intellectus, et libertate arbitrii, que-  
onibus merant, omnes aequales fuerint; ut sit prima consideratio  
de substantia, secunda de forma, tercia de potestate. Persona quippe substantia est, sapientia forma, arbitrium  
potestas et ad substantiam quidem pertinet natura substantia,  
ad formam vero intelligentia perspicacias, et ad potesta-  
tem voluntatis rationalis habilitas.

*Hic dicit, quod differentes fuerint in illis.*

Illa igitur essentia rationales, que personae erant, et  
spiritus erant, naturae simplices, ac vita immortales, dif-  
ferentes esse tenetatem et differentem sapientiae perspi-  
caciatem, atque differentem arbitrii libertatem, et habilitatem (1)  
recte habuisse intelliguntur; sicut in corporibus nonnulla dif-  
ferentia est secundum essentiam ac formam et pondus: quae-  
dam enim sili meliorem et dignorem essentiam et formam  
habent, et alia sili leviora atque agiliora sunt. Ad hunc ergo  
modum credendum est illis spiritibus naturas convenientes  
sunt puritas et excellentias et in essentia et in forma et in  
facultate differentes accepisse in exordio sue conditionis,  
quibus ali superioris, ali inferioris, Dei sapientia constitue-  
rentur, ali majora, ali minora bona praestant; ut qui tun-  
per naturalia bona ali excellenter, ipsis etiam post per mu-  
nera gratiae eidem praescient. Qui enim natura magis sub-  
tilis et sapientia amplius perspicaces erant, hi etiam majoribus  
gratiae munieribus praediti sunt, et dignitate excellen-  
tiores aliis constituti; qui vero natura minus subtile, et  
sapientia minus perspicaces conditi sunt, minora gratiae bona  
habuerunt, inferiorisque constituti sunt sapientia Dei, aequo  
moderamine cuncta ordinantis.

*Secundum quid consideranda est differentia facultatis arbitrii,  
quod nec minor tenuitas naturae infirmitatem, nec minor  
excellit sapientiae ignorantiam, nec inferior libertas ne-  
cessitatim induit.*

In ipsa facultate arbitrii differentia animadverteenda est,  
secundum differentiam naturae virtutem, et differentem cogni-  
tionis et intelligentiae vim. Et siest differentis vigor et subtili-  
tas naturae infirmitatem non adducit, minorque cognitio  
sapientiae ignorantiam non ingreditur; sic libertas inferior nullam  
arbitrio necessitatibus voluntatem impunit.

*Quae communia et aequalia haberunt Angeli.*

Et (2) siest in praedictis Angeli differant, ita et qua-  
dam communia et aequalia habebant. Quod spiritus erant,

(1) *Ait*, arbitrii habilitatem.

(2) *Ait*, At.

S. Th. Opera omnia. V. 6.

quod indissolubiles et immortales erant, commune omnibus  
et aequale erat. In subtilitate vero essentiae, et intelligentia  
sapientiae, et libertate voluntatis differentes erant. Has discre-  
tiones intelligibles invisibilium naturarum, ille solus compre-  
hendere potuit et ponderare qui caneta lech in pondere,  
numero, et mensura (Sap. 11).

*An boni, vel mali, justi vel injusti, creati sunt Angel;*  
*et an aliqua mors fuerit inter creationem et lapsum.*

Illi quoque investigatione dignum videtur, quod et a  
pluribus quaque solet, utrum boni vel mali, justi vel injusti  
creati sunt Angel; et an aliqua mors fuerit inter creationem  
et lapsum, vel sine mors in ipso creationis exordio occidenter.

*Opinio quorundam dicentium, Angelos in malitia creatos,  
et sine omni mors corruiisse.*

Putaverunt enim quidam Angelos qui occidenter, creatos  
esse malos, et non libero arbitrio in malitiam degrediisse, sed  
in malitia a Deo factos esse; nec aliquam fuisse morsam inter  
creationem et lapsum, sed ab initio apostasse; alii vero  
plurimi creatus fuisse plene beatos qui opinionem suam munivit  
auctoritate Augustini super Genesim (lib. 11, cap. 16), ita  
dicunt: « Non frustra putari potest, ab initio temporis di-  
e bolum occidisse, nec cum sancta Angelis pugnat ali-  
quando vivisse et beatum, sed mox apostasse. Unde  
Dominus ait (Joan. 8, 44): Illi homocida erat ab initio, et  
in veritate non stetit; ut intelligamus, quia in veritate non  
stetit ex quo creatus est; qui stare, si stare voluisse. » Idem  
in eodem lib. (cap. 19): « Non frustra, inquit, pu-  
tandum est ab ipso initio temporis vel conditionis suae  
diabolum occidisse, et numquam in veritate stetisse. Unde  
quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum,  
sed in hac, quamvis a Deo, putant esse creatum, secundum  
illud beati Job (cap. 40, 14): Hoc 1 est, inquit, initium  
figmenti Dei, quod fecit Deus, ut illudatur ei ab Angelis  
ejus; et Propheta ait (Psalm. 105, 26): Diabolus iste quem  
ad illudendum oportet; tamquam prima factus sit malus  
et invidus diabolus, non voluntate depravatus. » His aliis  
testimonioz attingunt, qui dicunt, Angelos qui occidenter,  
creatus fuisse malos, et sine mors corruiisse. Eos vero qui  
persistentes, perfectos et beatos esse creatos, asturant auctor-  
itate Augustini, qui super Genesim (lib. 1, cap. 1, et passim)  
dicit, per eum significari creaturam spiritualem, quae ab  
exordio quo facta est, et perfecta et beatia est semper.

*Aliorum sententia probabilis, qui dicunt, omnes Angelos  
creatos esse bonos, et aliquam fuisse mortaliam inter crea-  
tionem et casum.*

Aliis autem videtur omnes Angelos creatos esse bonos, et  
ipsorum creationis primordio bonos exitisse, id est sine vita; justus  
quisque fuisse, id est innocentem, sed non justos, id est virtutem  
exercitum habentes. Nondum enim praediti erant virtutibus,  
quae sanctibus apposita fuerunt in confirmatione per gratiam.  
Alii vero per liberum arbitrium superercentibus, et ideo ca-  
dentes, aliquip etiam fuisse mortalium, agunt, inter crea-  
tionem et lapsum, vel confirmationem; et in illa brevitate tem-  
poris omnes boni erant, non quidem per usum liberum arbitrii,  
sed per creationis beneficium; et tales erant qui stare poterant,  
id est non cadere per bona creationis, et cadere per liberum arbitrii.  
Poterant enim peccare et non peccare; sed non poterant  
prolificare ad meritum vitae, nisi gratia superadderet: quae

(1) *Justa Septuaginta, ut nota Nicolai, ubi Vulgata legit:*  
« Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum, applicabit  
et gloriam ejus. Huic monte herbas ferunt: omnes bestie  
et agri iudeant ibi. »

addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandum utetur testimonio Augustini, qui super Genesim (lib. 1, cap. 1) dicit, angelicam naturam primo informiter creatum, et caelum dictum; postea formatum, et lucem appellatum, quando ad Creatorem est conversa, perfecta dilectione ei inhaerens. Unde prius dictum est: « In principio creavit Deus caelum et terram; et postea subditum: a Dixit Deus. Fiat lux, et facta est lux; quia primo agitur de creatione spirituatis naturae informis, postea de formatione ejusdem. Ratio quoque obviat illis qui dicunt Angelos creatos fuisse malos. Non enim potuit Creator optimus, auctor malorum esse; ideo totum bonum erat quod ex ipsis illis erat; et totum bonum erat, quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probatur, quod boni erant omnes Angelii quando primo facti sunt, sed ea postea quam natura incipiens accepterat.

*Probationem Augu-tini contra illos inducit qui d. e. t. An-gelos factos malos, et verba etiam Job determinat, quae illi pro se inducebant.*

Ideoque Augustinus exterminans opinionem eorum qui Angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate et ratione probat Bonos fuisse creatos; et verba praemissa heati Job, quae illi pro se inducebant, quoniam sint intelligenda, aperit, ita dicens super Genesim (lib. 11, cap. 21 et 22): « Omnia, inquit, fecit Deus valde bona. Naturam igitur Angelorum bonum fecit. Et quia iustum est ut nullo merito huius in aliquo Deus daret quod creavit: non naturam, sed voluntatem malum punieandam esse credendum est: nec ipsis naturam esse significatum cum dicitur. Hoc est initium figuramenti Dei: sed corpus aereum, quod tali voluntati aptavit; Deus; vel ipsam ordinationem Dei, in qua eum etiam invitavit fuit utilium bonis vel ipsius Angeli facturam: quia etsi Deus praesciret voluntate malum futurum, fecit tamen eum, providens quanto de illo sua honitate esset facturis. Figmentum ergo Dei dicitur: quia unum sciret cum Deus voluntate malum futurum, ut bonus nocere, creavit tamen illum: ut de illo bonus prodisset. Hoc autem fecit, ut illud datum ei. Illuditur enim ei cum sanctis proficit tentatio eius; sicut et mali homines, quos Deus malos futuros praedivis, creavit, tandem ad sanctorum utilitatem, illuduntur cum praevestitur sanctis eorum testimatione profectus. Sed ipse dicit initium (1) quia precedit antiquitate et principiata malitia. Hac autem illusio fit Angelis malis et hominibus malis per Angelos sanctos (2); quia subdit illi Angelos malos et homines malos, ut non quantum inuitur, sed quantum sinuntur, possint (3). Ecce aperte ostendit, qualiter predicta verba Job intelligenda sint, et angelicam naturam bonam creatam asserit.

*Quoniam intelligenda sint verba Domini praemissa dissert, evidenter tradens, Angelos esse creatos bonos, et post crea-tionem cecidisse.*

Deinde qualiter verba Domini, quae, supra posuit, acci-pienda sint, Augustinus aperit, ubi etiam sua, quae praedi-

(1) *AL.* est initium.

(2) *AL.* malos.

(3) *AL.* additur nocere.

#### Divisio primae partis textus.

Ostendo quando et ubi Angeli creati sunt, hic inquirit, quales effecti sunt; et dividitur in tres partes; in prima inquiritur quales effecti sunt quantum ad perfectionem naturae; in secunda quales quantum ad gratiam, vel culpam, ibi: *Illi quoque investigatione dignum videtur;* in tertia quales quantum ad gloriam vel misericordiam, 4<sup>o</sup> dist., ibi: *Post haec videndum est, utrum perfectos et beatos creavit Deus Angelos, an miseros et imperfectos.* Prima in duas: in prima ostendit quod fuerunt naturales perfections Angelis in principio creationis collatae; secundo ostendit qualiter ad invicem se-

xit, verba determinat, evidenter docens, Angelos fuisse creatos bonos, et post creationem interposita aliqua morula cecidisse, ita inquit: « Quod putatur diabolus nunquam in veritate stetit et nunquam beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse: non sic accipendum est, ut minus a bono Deo creatus esse poterit: quia ab initio non cecidisse diceretur. Non enim cecidit, si talis, idest malus, factus est. A quo enim caderet? Factus ergo prius, statim a veritate se avertit, propria potestate delectat; beataque vitae dulcedinem non gustavat, quam non utique accepit (1) fastidivit, sed nolendo amisit (2). Sui ergo casus praescius esse non potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem ut factus est, cecidisse, non ab eo quod accepit, sed ab eo quod accepit, si Deo subdi voluerit. Ecco hic aperito declarat, Angelos bonos esse creatos, et post creationem cecidisse: et fuit illi aliqua morula, licet brevissima. Quod Origenes confirmat super Ezechiel, dicens: « Serpens hostis est contrarius veritati; non tanum a principio, neque statim super pectus et ventrem suum ambulavit. Sicut Adam et Eva non statim peccaverunt; ita et serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradyso dellitatorum moraretur. Deus enim malitiam non fecit. » Ecco hic aperit edificis, post creationem, interposta morula, cecidisse. Ideoque illa verba sic accipiendi videntur, « Homidea erat ab initio, » vel « mendax, idest statim post initium, quando sibi Dei aequal tam promisit, et scimus occidit, qui homo dicitur in Evangelio. Nec in veritate stetit (3), quia in ea non fuit; sed ab initio temporis, idest statim post initium temporis apostolat. Potest etiam et sic accipi illud: « Ab initio homidea fuit, » vel « mendax, idest ex quo homo fuit conditus, quem per invidiam in mortem praeceperat, et fallaciter seduxit. Ex predictis igitur liquet omnes Angelos bonos esse creatos, et post creationem quodammodo cecidisse a bono quod habuissent, si persistuerent.

*Quod triplex fuit Angelis sapientia ante easum vel confirmationem.*

Hie queri solet, quam sapientiam habuerint ante easum vel confirmationem. Erat in eis naturalis cognitio triplex, qua sciebant quod facti erant, et a quo facti erant, et cum quo facti erant. Et habebant aliquam boni et mali notitiam, intelligentes quid appetundem vel respondendum illis foret.

*Aliquam Dei habuerint dilectionem, vel sui inicium.*

Soleat etiam queri, utrum aliquam Dei vel sui inicium dilectionem habuerint. Ad quod dici potest, quoniam naturae habebant dilectionem, ut memoriam, intellectum, et ingenium, quia Deum et se aliquatenus diligebant; per quam tam non merchanterunt.

(1) *AL.* additur non.

(2) *AL.* sed nolendo accepere remisit.

(3) *Nicolaus* non stetit.

cundum istas operationes comparantur, ibi: *Hic considerandum est.* Et circa hoc duo facit: primo ostendit in quibus erant inaequales; secundo ostendit in quibus erant aequales, ibi: *Et sicut in praedictis (1) Angelii differabant, ita et quaedam communia et aequalia habebant.* Circa primum duo facit: primo ostendit eos fuisse inaequales in perfectionibus naturalibus; secundo ostendit quod secundum gradum naturalium, fuit etiam in eis gradus gratiotorum donorum, ibi: *Ad hunc ergo modum credendum est illas spirituales naturas, con-*

(1) *AL.* Et sint praedictis etc.

*venientes sue puritati et excellentiae . . . differentias accepisse.*

#### QUAESTIO I.

Hie queruntur sex: 1.<sup>o</sup> utrum Angelii sint adeo simplices, quod non sint compositi ex materia et forma; 2.<sup>o</sup> utrum sit in eis personalitas; 3.<sup>o</sup> utrum sit in eis aliquis numerus, et quis est iste; 4.<sup>o</sup> utrum omnes sint unius speciei; 5.<sup>o</sup> si non (1), utrum sint unius generis; 6.<sup>o</sup> de differentia Angelii et animae rationalis.

#### ARTICULUS PRIMUS.

*Utrum Angelus sit compositus ex materia et forma.*  
— (1 *p. qu.* 50, *art.* 2; et *qu. disp.*, *de spirit. creat.*, *art.* 1; et 2 *cont.* *Gent.*, *cap.* 30.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod Angelus sit compositus ex materia et forma. Quidquid enim est in genere aliquo, participat rationem illius generis. Sed ratio substantiae, secundum quod est praedicamentum, est quod sit composita ex materia et forma. Boetius enim dicit in *Comment. Praedicamentorum* (*in expos. praedie, substantiae*) quod Aristoteles, relatis extremis, scilicet materia et forma, agit de medio, idest de composito, cum de substantia determinat. Cum ergo Angelus sit in praedicamento substantiae, videtur quod ex materia et forma componatur.

2. Praeterea, quaecumque sunt in aliquo genere uno, communicant uniformiter principia illius generis. Sed principia generis substantiae sunt materia et forma. Cum ergo corpora quae sunt in genere substantiae, communicent ista principia, ita quod ex eis compunctionis, videatur quod etiam Angelus, qui est in eodem genere, ex materia et forma componatur.

3. Praeterea, ubicumque inveniuntur proprietates materiae, inveniuntur materia; cum proprietates materiae rei non sint a se separatae. Sed recipere, substare, et hujusmodi, sunt proprietates materiae. Ergo cum inveniantur in Angelo, videatur quod Angelus sit ex materia compositus.

4. Praeterea, omne quod est, vel est tantum actus, vel tantum potentia, vel utrumque. Sed Angelus non est actus purus, quia sic non differret a Deo: nec est potentia pura, quia sic non differret a materia prima: et praeterea nullam operationem haberet. Ergo est compositus ex actu et potentia: et hoc est componi ex materia et forma: ergo etc.

5. Praeterea, in libro de *Causis* (*propos.* 4), dicitur, quod omne creatum compositum est ex finito et infinito. Sed Angelus est ens creatum. Ergo ex infinito, quod est materia, compositus est.

6. Item dicit Boetius in libro de *Trinitate* (*cap.* 5), quod forma simplex subjectum esse non potest. Sed Angelus est subjectum gratiae. Ergo non est tantum forma, sed etiam habet materiam partem suam.

Sed contra est quod Dionysius dicit in *4 cap. de div. Nom.*, quod Angelii intelliguntur immateriales et incorporeos.

Praeterea, Boetius dicit in libro de *dubius Naturis*, quod omnis natura incorporeae substantiae nullo materiae (2) nititur fundamento. Sed Ange-

lus est substantia incorporea. Ergo materiam pro fundamento non habet.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hanc materiam tres sunt positiones. Quidam enim dicunt quod in omni substantia creata est materia, et quia omnium est materia una; et hujus positionis auctor videtur Avicenae, qui fecit librum *Fons Vitae*, quem multi sequuntur. Secunda positio est quod materia non est in substantiis incorporeis, sed tantum est in omnibus corporibus, etiam una; et hae est positio Avicenae (*8 Metaph. cap.* 12). Tertia positio est quod corpora caelestia et elementa non communicant in materia: et hae est positio Averrois (*de substantia Orbis*, *cap.* 2), et Rabbi Moysis (*lib. 1 Directorii*, *cap.* 73), et videtur magis dictis Aristotelis convenire; et ideo istam eligimus, quantum ad praesens pertinet, dicentes, quod quidquid sit de corporalibus, in Angelis nulla modo potest esse materia: tum ratione intellectualitatis; tum etiam ratione incorporeitatis; quod enim nullum intellectuale sit in materia, communiter a philosophis tenetur. Unde etiam ex immaterialitate divina ejus intellectum concludunt. Et ratio satis manifesta est; quia materia prima recipit formam, non inquantum est forma simpliciter, sed inquantum est hae: unde forma existens in materia non est intellecta nisi in potentia, quia cognosco esse formae, inquantum est forma; et ideo si intellectus aliquis ponetur habens materialm, forma existens in eo non esset intellectus in actu: et sic per formam illam non intelligitur. Hujus etiam signum (1) est, quod forma materialis non efficiet intellectus, nisi quia a conditionibus materiae abstractitur; et sic efficietur perfectio intellectus proportionata sibi: unde oportet intellectus non materiale esse: et hoc non sequitur materiam, ex parte alienus formae, cum omnis forma per abstractionem a conditionibus materiae intelligibilis fiat; sed consequitur eam secundum se, et virtualiter, sive sit sub forma corporali, sive spirituali. Secundo incorporeitas repugnat materiae: cum enim una perfectibilis debeat una perfectio, et in materia prima non sit illa diversitas, oportet quod omnis forma antequam possit in ea esse illa diversitas, ne intelligi, investiat eam totam. Sed ante corporeitatem non potest intelligi aliqua diversitas, quia diversitas praesupponit partes, quae non possunt esse nisi praesupponit divisibilitas quae consequitur quantitatem, quae sine corporeitate non est. Unde oportet quod tota materia sit vestita forma corporeitatem; et ideo si aliquid est incorporeum, oportet esse immaterial. Et tamen aliquam compositionem in Angelo ponimus: quae qualis sit, sic investiganda est. In rebus ex materia et forma compositis, natura rei, quae quidditas vel essentia dicitur, ex coniunctione formae ad materiam resultat, ut humanitas ex coniunctione animalium et corporis. De ratione autem quidditatis in quantum est quidditas, non est quod sit composita; quia nunquam inveniretur simplex natura, quod ab minus in Deo falsum est: nec est de ratione ejus quod sit simplex, cum quedam inveniatur composita, ut humanitas. Esse autem secundum quod dicitur res esse in actu, inveniatur ad diversas naturas vel quidditates diversimode se

(1) *AL.* deest si non.

(2) *AL.* nullo modo nititur.

(1) *AL.* significatum.

habere. Quaedam enim natura est de ejus intellectu non est suum esse, quod patet ex hoc quod intelligi potest cum hoc quod ignoretur an sit, sicut phænicem, vel eclipsim, vel aliquid hujusmodi. Alia autem natura inventur de ejus ratione est ipsum suum esse, immo ipsum esse est sua natura. Esse autem quod hujusmodi est, non habet esse aequivitum ab alio quia illud quod res ex sua quidditate habet, ex se habet. Sed omne quod est praeter Deum habet esse aequivitum ab alio. Ergo in solo Deo suum esse est sua quidditas vel natura; in omnibus autem aliis esse est praeter quidditatem, cui esse acquiritur. Sed cum quidditas quae sequitur compositionem dependeat ex partibus, oportet quod ipsa non sit subsistens in esse quod sibi acquiritur, sed ipsum compositum, quod suppositum dicitur; et ideo quidditas compotiti non est ipsum quod est, sed est hoc quo aliquid est, ut humanitate est homo; sed quidditas simplex, cum non fundetur in aliquibus partibus, subsistit in esse quod sibi a Deo acquiritur; et ideo ipsa quidditas Angelii est qui subsistit etiam ipsum suum esse, quod est praeter suam quidditatem, et est id quo (1) est; sicut motus est id quo aliquid denominatur moveri; et sic Angelus compotitus est ex esse et quod est, vel ex quo est et quod est; et propter hoc in lib. de Causis (propos. 9) dicitur, quod intelligentia non est esse tantum, sicut causa prima; sed est in ea esse, et forma, quae est quidditas sua et quia omne quod non habet aliquid ex se, sed recipit illud ab alio, est possibile vel in potentia respectu ejus, ideo ipsa quidditas est sicut potentia, et suum esse aequivitum est sicut actus; et ita per consequens est ibi compositione ex actu et potentia; et si ita potentia vocetur materia, erit compositus ex materia et forma; quamvis hoc sit omnino aequivoce dictum (2); sapientis enim est non curare de nominibus.

Ad primum ergo dicendum est, quod de ratione substantiae est quod subsistit quasi per se ens; et ideo forma et materia, quae sunt pars compositi, cum non subsistant, non sunt in praedicamento substantiae sicut species, sed solum sicut principia. Quod autem hoc subsistens habeat quidditatem compositam, non est de ratione substantiae; unde non oportet illud quod est in praedicamento substantiae, habere quidditatem compositam; sed oportet quod habeat compositionem quidditatis et esse: omne enim quod est in genere, sua quidditas non est suum esse, ut Avicenna (Metaph., tract. 8, cap. 4, ad deinceps) dicit. Et ideo non potest Deus in praedicamento substantiae ponit: unde Boetius intendit dicere, quod inter tria haec, scilicet materiam, formam, et compositum, ex his solum compositum est in genere substantiae sicut species; non autem intendit quod omne quod est in genere substantiae, sit compositum ex materia et forma.

Ad secundum dicendum, quod aliqua sunt unius generis logicę loquendo, quae naturaliter non sunt unius generis, sicut illa quae communieant in intentione generis quam Logicus inspicit, et habent diversum modum essendi: unde in 10 Metaph.

(1) *Al.* quod.

(2) *Nicolaï* omittit dictum. *Forte legendum:* aequivoce, vel aequivocum dictu.

(text. 26) dicitur, quod de corruptibilibus et incorruptibilibus nihil commune dicitur, nisi communite nominis: et ideo non oportet Angelos cum corporalibus eadem principia communicare, nisi secundum intentionem tantum, prout in omnibus inventur potentia et actus, analogice tamen, ut in 12 Metaph. dicitur (text. 26).

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicit Commentator in 3 de Anima (comm. 3 et 12), recipere, et omnia hujusmodi, dicuntur aequivoce de materia et intellectu: materia enim prima recipit formam non prout est forma simpliciter, sed prout est hoc, unde per materiam individuat; sed intellectus recipit formam in quantum est forma simpliciter, non individuans eam, quia forma in intellectu habet esse universale; unde etiam Philosophus ibidem (text. 14) dicit, quod intelligere, pati quoddam est; sed communiter et aequivoce dicitur; unde ex hoc non ponitur compositio vel materialitas substantiae intellectus.

Ad quartum jam patet responsio per ea quae dicta sunt; ostensum est enim quod in Angelo est potentia et actus; non tamen sicut partes quidditatis; sed potentia tenet se ex parte quidditatis, et esse est actus ejus.

Ad quintum dicendum, quod objectio procedit ex falso intellectu litterae: non enim est sensus quod ens creatum componatur ex finito et infinito: sicut ex partibus integralibus, sed sicut ex partibus subjectivis: quia entis creati quoddam est finitum, sicut incorruptibile, et quoddam infinitum, sicut corruptibile; quod non est determinatum ad esse tantum, sed quandoque est et quandoque non est: unde in quodam Comment. lib. de Causis expontur infinitum *id est* potens esse vel non esse. Vel dicendum, quod componitur ex infinito, scilicet ex potentia, et finito, scilicet ex actu.

Ad sextum dicendum, quod forma omnino simplex, quae est suum esse, sicut essentia divina, de qua Boetius ibi loquitur, nullo modo potest esse subiectum; sed forma simpliciter subsistens quae non est suum esse, ratione possibiliter quam habet, potest subiectum esse; sed aequivoce a modo (1) quo materia vel materiale subiectum dicitur, ut dictum est.

## ARTICULUS II.

*Utrum in Angelis possit esse personalitas.*  
(Quol. 2, art. 4.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod in Angelis non possit esse personalitas. Individuatio enim est de ratione personae, quia persona est rationalis naturæ individua substantia. Principe autem individuationis est materia. Cum ergo Angelus materia caret, ut dictum est, videtur quod ab eo personalitas excludatur.

2. Praeterea, omnis forma, quantum est de se, communicabilis est et universalis. Sed Angelus est forma simplex. Ergo videtur quod sit universalis. Sed universalia non dicimus personas, ut dicit Boetius (lib. de duabus Naturis, post prime.). Ergo videtur quod Angelus non sit persona.

3. Praeterea, perfectio debet perfectibili proportionari. Sed forma intelligibilis, quae est per-

(1) *Nicolaï* aequivoce modo, etc.

fectio intellectus, non habet rationem singularis, sed magis universalis. Ergo nec intellectus. Sed Angeli sunt divini intellectus et divinae mentes, ut dicit Dionysius (cap. 11 ead. Hierar.). Ergo non sunt personae.

4. Praeterea, persona est rationalis naturæ individualia substantia. Sed a Dionysio (de div. Nom., cap. 3) ponitur Angelus in ordine intelligibilium, quae supra rationalia consistunt. Ergo videtur quod Angelus non sit persona.

Sed contra, persona secundum magistros, est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Sed Angelus, cum sit quid subsistens, dicuntur hypostasis, et ejus proprietates sunt nobilissime. Ergo videtur quod sit persona.

Praeterea, hoc ideo habetur ex littera et ex dictis Richardi de Sancto Victore, qui secundum diversas proprietates, diversimode personam ponit in homine, Angelo et Deo.

Solutio. Respondeo dicendum, quod personalitas est in Angelo, alio tamen modo quam in homine: quod patet, si tria quae sunt de ratione personae considerantur, scilicet subsistere, ratiocinari, et individuum esse. Subsistit enim homo in partibus suis, ex quibus componitur; sed Angelus in natura sua simpliciter nullo indigena partium vel materiae fundamento. Ratiocinatur homo disserendo et inquiringe lumine intellectuali per continuum et tempus obumbrato, ex hoc quod cognitionem a sensu et imagine accipit: quia, secundum Isaac in lib. de definit. ratio oritur in umbra intelligentiae; sed Angelus lumen intellectuale purum et impermixtum participat; unde etiam sine inquisitione deformiter intelligit, secundum Dionysium. Similiter incommunicabilitas est in homine ex hoc quod natura sua receptibilia in materiae fundamento per materiam determinatur; sed in Angelo in se determinata est ex hoc quod in aliquo sicut forma determinabilis recipi non potest; et ex hoc ipso satis incommunicabilis (1) est, et non per determinacionem recipientis: sicut et divinum esse est proprium et determinatum non per additionem aliquis contrahens, sed per negationem omnis additionis (2); unde dicitur in lib. de Causis, quod individuatio sua est bonitas pura. Quare patet quod multo nobiliores est personalitas in Angelo quam in homine, sicut et cetera quae eis convenient, secundum Dionysium.

Ad primum ergo dicendum, quod forma participabilis non individuatur nisi per materiam, in qua accipit esse determinatum; sed forma quae non est receptio, non indiget materiam determinante, sed in sua natura determinatur ad esse quod sibi non ad materiam dependens acquiritur sicut forma corruptibilis; nec in materia (3) eti non ad materiam dependens, sicut animae rationis.

Et per hoc etiam patet responsio ad secundum; quia forma ratione universalitatis habet ex hoc quod in pluribus est receptio.

Ad tertium dicendum, quod forma quae est recepta in intellectu, potest dupliciter considerari: vel per comparationem ad rem ejus est similitudo; et sic habet universalitatem: non enim est si-

(1) *Al.* communicabilis.

(2) *Al.* adhibiti.

(3) *Nicolaï:* vel ad materiam dependens acquiritur (sicut forma corruptibilis) vel in materia etc.

militudo hominis secundum conditions individuan-tes, sed secundum natruram communem: vel per comparationem ad intellectum in quo habet esse, et sic est quid individuat, quemadmodum intellectus; et alia numero species intellecta hominis est in intellectu Socratis, et alia in intellectu Platonis; unde non oportet intellectum non esse quid determinatum et subsistens.

Ad quartum dicendum, quod rationale, secundum Dionysium, est in Angelis et in Deo eminenter, secundum quoniam modum ipse intellectus divinus et angelicus ratio nominatur.

## ARTICULUS III.

*Utrum in Angelis possit esse numerus.* — (1) p., quæst. 1, art. 5; et 2. cont. Gent., cap. 15; et opusec. 2, cap. 2, 5 et 4.)

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod in Angelis non possit esse numerus. Numerus enim quantitas est. Sed quantitas subiectum est materia. Cum ergo in Angelis non sit materia, ut dictum est; videtur quod nec numerus.

2. Praeterea, secundum philosophos, in his que sunt sine materia, non potest esse numerus, nisi secundum causam et causatum. Sed uox Angelus non est causa alterius. Ergo si sunt sine materia, nullus numerus in eis esse potest.

3. Praeterea, quanto aliquid est propinquius unicuius, tanto minus dividitur. Sed inter omnes creaturas natura angelica Deo est propinquior, secundum Augustinum, qui dicit in lib. Conf. (cap. 7): *Duo fecisti, Domine: unum pro te, scilicet Angelum: alterum prope nihil, scilicet materiam.* Ergo videtur quod vel non sit in eis numerus aliquis, vel sit paucissimus.

4. Praeterea, cum partes universi sint ordinatae invicem juvantes se mutuo, illud ex quo non provenit utilitas in partibus universi, videtur esse frustra vel vanum, et sic omnino non esse. Sed spiritualis substantia non juvat ad corporalem nisi movendo ipsum. Ergo videtur quod non sunt plures substantiae separatae nisi quibus expletur motus corporalis creaturae: et ita videtur quod numerus Angelorum sit accipiens secundum numerum motuum caelorum, vel etiam ipsorum mobilium. Ergo videtur quod numerus Angelorum determinatus posset esse nobis.

5. Praeterea, de Angelis, secundum Dionysium (cap. 1 et 2 de Cael. Hier.) nihil scire possumus, nisi ea que nobis in sacra Scriptura tradidit. Sed Danielis 7, 10, dicitur: *Milia millioni munitabant ei, et decies milles centena millia assisterebant ei.* Ergo videtur quod numerus eorum sit nobis determinatus.

Sed contra, Hieronymus (1) dicit (super Matth., cap. 18), quod unaquaque anima habet Angelum bonum ad custodiandum et malum ad exercitium sibi deputatum. Sed numerus hominum in mundo simul viventium est nobis indeterminatus. Ergo et numerus Angelorum custodum, qui sunt unus ordinis, et multo fortius numerus omnium Angelorum.

(1) Quod subjungitur ex Hieronymo, quo ad priorem quidem partem habetur in Math. 18 super illud, *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei;* sed posterior agit Gregorius Nyssenus de vita Moysis / Ex edit. P. Nicolai.

Praeterea, Job 23, 5, dicitur: *Numquid est numerus milium ejus?* Milites autem ejus sunt Angelis, ut habetur Luc. 2, 15: *Facta est cum Angelo multitudo m litarum ecclestis.* Ergo videtur quod numerus eorum non sit nobis determinatus.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod ratio humana deficit a cognitione substantiarum separatarum, quae tamen sunt notissima naturae, ad quam intellectus noster se habeat sicut oculus noctuæ ad lumen solis, ut dicitur in 2 Metaphys. (text. 1); et ideo dicitur in 11 de Animalibus, quod de eis valde pauca scire possumus per rationem; quamvis illud quod de eis est seutum est valde delectabile et amatum. Et ideo philosophi de illis nihil quasi demonstrative, et paucæ probabilitæ dixerunt: et hoc ostendit eorum diversitas in ponendo numerum Angelorum. Quidam enim posuerunt numerum substantiarum separatarum secundum numerum motuum caeli, sicut Aristoteles in 12 Metaphys. (text. 43). Quidam secundum numerum sphærarum, ut Avicenna in sua Metaphysic. (tract. 9, cap. 2 et 5). Quidam autem negaverunt omnino aliquid esse incorporeum, sicut Empedocles et Democritus, et Saducei Iudacorum. Quidam etiam posuerunt unum tantum esse Angelum, qui diversa sortitura vocabula secundum diversos actus, sicut quidam haeretici. Quidam vero posuit Angelos non in determinato numero nobis; sed tantum per Angelos significari dicit in Scripturis (1) omnem virtutem vel corporalem vel spiritualem per quam Deus ordinem suæ, providentiae explet, quasi divinae voluntatis nuntium; adeo quod vim concepsibilem nominat Angulum concepsitudinem, sed substantias separatas dicit (2) esse secundum numerum quem philosophi posuerunt; et iste est Rabbi Moyses (lib. 2 direct, cap. 12). Fides autem catholica tenet numerum substantiarum separatarum, quas Angelos dicimus, esse numerum Deo finitum, sed nobis infinitum. Unde Gregorius dicit in Glossa Danielis 7, (3), quod excedit omnem materialem multitudinem, ut Dionysius dicit, 14 cap. eael. Hierar. Et hoc satis est probabile. Videmus enim illa corpora quae nobilis divinam bonitatem participant, scilicet caelstia, excedere quasi sine proportione corpora generabilia et corruptibilia. Et hoc est, quia productionis creaturarum causa est divina bonitas quam rebus communicare voluit; unde videtur quod natureas spirituales, in quibus maxime sua bonitas reluet, eraviri in numero quasi improportionabiliter exerceente numerum naturarum corporalium. Qualiter autem distinguuntur ad invicem, accipere possumus ex verbis Commentatoris in 5 de Anima, ubi dicit, quod si natura intellectus possibilis estet nobis ignota, non possemus assignare numerum substantiarum separatarum.

Unde dico, quod secundum gradum possibilis mixtæ in natura angelica est eorum

(1) *Al.* dicitur Scripturis.

(2) *Al.* dicunt.

(3) Vel sic tantum: *Superiorum civium numerus et infinitus et definitus est: Deo numerabilis, nobis innumerabilis; et quia plures sunt qui ministrant quam qui principaliiter assistunt; assistentes numerus quasi definitus, ministrantium vero infinitus ostenditur.* Suntplum est autem ex Moralium, lib. 17, cap. 9, super illud Job 23: *Numquid est numerus milium ejus?* nimis Dei, quos utique Angelos esse notat; non, ut indicat Glossa, ex hom. 54 in Evang. ubi hunc locum quidam Daniellus recenset, sed non eodem sensu (Ex edit. P. Nicolai).

distinctio. Dietum est enim supra, quod ipsa natura vel quidditas Angeli est possibilis respectu esse quod a Deo habet. Invenitur enim natura cui possibilis admisetur plus et plus distans ab actu, secundum quod recedit a similitudine divinae naturae, quae est actus tantum. Illa ergo quidditas est actus completus præter quam non est sum esse, scilicet natura divina; et ista quidditas simplex quae est (1) propinquior per similitudinem ad divinum esse, minus habet de potentia et plus de actu, et est Deo vicinior, et perfectior; et sic deinceps, quoque veniat ad illam naturam quae est in ultimo gradu possibilis in substantiis spiritualibus; adeo quod non acquiritur illud esse nisi in altero, quamvis esse suum ad illud non dependeat; scilicet intellectus humanus, qui secundum Commentatorum, est ultimum in ordine naturalium intellectuum, sicut materia prima in ordine corporalium.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in primo libro dictum est, unum dicitur dupliciter. Uno modo (2) secundum quod convertitur eum ente, quod non determinatur ad aliquod genus, et similiter nec multitudine sequens ad tale unum; et talis multitudine ponitur in Angelis, quae non sequitur divisionem quantitatis vel materiae, sed distinctionem naturarum. Alio modo dicitur *unum* quod est principium numeri, qui est discreta quantitas, causata (5) ex divisione materiae vel continuo: et talis non est nisi in materialibus.

Ad secundum dicendum, quod etiam secundum philosophos qui distinguunt numerum substantiarum separatarum per causam et causatum, causa et causatum non sunt per se distinguenda, sed secundum eos consequuntur ad principia distinctionis; cum enim distinctio sit, per se loquendo, per hoc quod est major vel minor compositionis, et secundum distantiam potentiae et actus, secundum eos, sequitur quod illud quod est plus in actu, sit causa ejus quod est minus, secundum quem modum dicunt multitudinem ab uno primo simplici processisse; quem tamen modum dicit Commentator in 11 Metaphys. (qui est 12 lib. Arist., comm. 58, in fine), insufficiens probatum, et concedit ab uno primo simplici immediate potuisse plura procedere: ita et nos concedimus omnes naturas intellectuales immediate a Deo processisse distinctas secundum ordinem sapientiae disponentes diversos gradus naturalum spiritualium. Et ideo remoto quod infidelitatis est, scilicet ordine causalitatis ab Angelis, et retento quod fidei consonat, scilicet gradu simplicitatis, habebimus eundem modum distinctionis quem ipsi habuerunt.

Ad tertium dicendum, quod ex ratione illa probatur simplicitas angelicæ naturæ, et præcipue illius quae in ea suprema est; sed pluralitas gradus ab ea non tollitur. Praeterea non est loquendum de Angelis sicut de divina natura, specialiter cum plures Angelii non tantum numero, sed specie differant, ut dicetur.

Ad quartum dicendum, quod Angelii non sunt facti propter motum corporalium, quia nihil fit propter vires se: unde si sunt aliquæ substantiae non moventes, non sequitur quod sint superfluae.

(1) *Al.* quidditas simplex et illa quae est etc.

(2) *Al.* deest uno modo.

(3) *Al.* creatus.

Nihilominus tamen dicendum, quod ex omnibus substantiis illis provenit aliqua utilitas per juvamentum in rebus corporalibus: quia inferiores Angelii in motu sphærarum Deo ministrant, sicut a quibusdam dicitur, et probable videtur, cum Gregorius dicit (1) corporalem creaturam per spiritualem administrari. Illuminatio autem inferiorum Angelorum est a Deo per proximos et medios, ut dicit Dionysius (eael. Hierar. ad fin. 15 cap.), et ita omnes influentiam habent super motum corporalium, vel ad minus quantum ad custodium hominum, quae pertinet ad ultimum ordinem.

Ad quintum dicendum, quod verba ista aliter a Gregorio et a Dionysio exponuntur; et quantum ad aliquid eodem modo: in hoc enim convenient quod Angelorum numerus non est determinatus nobis; sed in hoc differunt, quia Dionysius (ubi sup., cap. 14, in princ.) vult, quod cum dicitur, *Milia milium, unum mille multiplicat aliud, ac si dicet, Milies mille; et sie aequalis numerus importatur, cum dicitur, Millia milium primo, et decies centena milia secundo, quod habet una littera.* Tantum enim est decies centum milia, quantum millies millia. Et secundum hoc datur intelligi quasi aequalis numerus ministrantium et assistantium. Vel secundum aliam literam quae habet, *Millia milium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei,* datur intelligi, quod numerus assistantum exedit numerum ministrantium propter suam nobilitatem; quod consonat ei quod supra dictum est secundum intentionem Dionysii (loc. cit.), quod scilicet nobilitates creaturæ plures sunt. Unde dicit, quod in hoc verbo maximus numerus apud nos nomen proprium habens, scilicet mille, multiplicatur per omnes maximum numeros, scilicet limites nominatos, scilicet per seipsum, cum dicitur *Millia milium;* per denarium cum dicitur, *Decies millies;* per centenarium cum dicitur *Centena milia* in quo ostenditur maxima numerositas excessus nostrum intellectum. Sed Gregorius vult quod sit constructio partitiva, cum dicitur, *Millia milium, quasi dicere,* Millia de numero milium: unde vult quod datur intelligi major numerus ministrantium quam assistantum, per hoc quod ad ministrantes ponitur numerus non determinatus, et ad assistentes determinatus.

#### ARTICULUS IV.

*Utrum unius speciei sint plures Angelii.*

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod sint plures Angelii unius speciei. Sicut enim Angelus est substantia simplex, ita et anima. Sed omnes animæ rationales sunt unius speciei. Ergo et omnes Angelii.

2. Praeterea, perfectio una secundum speciem est eorum quae in specie convenient. Sed omnes Angelii sunt perfectibiles una perfectione secundum speciem, quae est gratia vel gloria. Ergo videtur quod sint unius speciei.

3. Praeterea, divinae bonitatis, ut dictum est, proprium est nobiliora in entibus magis multiplicare, ut bonitas sua magis diffundatur. Sed in vi-

ibus creaturis inventur magna multitudo participantium unam speciem. Ergo videtur quod multo fortius hoc sit in Angelis.

4. Praeterea, secundum Boetium (2 de Consol., prosa 4, in med. ex 8 cap. (1)), nullius rei sine consilio potest esse iucunda possessio. Sed in Angelis est maxima iucunditas, cum delectatio sit de ratione felicitatis, secundum Philosophum in 1 Ethic. Ergo videtur quod in Angelis sit multorum consortium in una specie.

Sed contra, multiplicatio individuorum unus speciei non est nisi ad conservandum speciei perpetuatem, quae in uno salvari non potest: unde in corporibus incorruptibilis non est nisi unum individuum unius speciei, ut sol et luna. Sed Angelus est substantia incorruptibilis. Ergo non sunt plures Angelii unius speciei.

Praeterea, Angelus est perfectior quolibet corpore. Sed aliquod corpus ad tantam perfectionem periret ut nihil suæ naturæ sit extra ipsum, ut patet in hi quae constant ex tota materia suæ speciei, ut patet in caelo, ut dicitur in 1 Cael. et Mund. (a text. 92, usque ad 98). Ergo videtur quod multo fortius extra unum Angelum non sit aliud suæ speciei.

Solutio. Respondeo dicendum, quod circa hoc sunt tres opiniones. Quidam enim dixerunt, quod omnes Angelii sunt unius speciei, adeo quod etiam Angelus et anima differunt specie, et Angeli unius ordinis ab Angelis alterius ordinis; sed omnes qui sunt unius ordinis, sunt unius speciei. Alii vero dicunt, quod nullus Angelus est unius speciei cum alio: et haec opinio concordat cum dicit Philosophorum, et etiam Dionysii, qui ponit in 10 cap. eael. Hierarch. (in princip.), in eodem ordine esse primos, medios, et ultimos. Et huic necessarium est consensire, tum ex immaterialitate, tum etiam ex incorporeitate. Si enim immateriales ponuntur, cum nulla forma vel natura multiplicet numerum in diversitate materiarum, oportet quod forma simplex et immaterialis, non recepta in aliqua materia, sit una tantum: unde quidquid est extra eam, est alterius naturæ, eo quod distet ab eo secundum formam, non secundum materiale principium, quod ibi nullum est. Talis autem diversitas causat differentiam in specie. Unde oportet quoslibet duos Angelos acceptos differre secundum speciem. Hoc etiam de necessitate sequitur si ex materia componantur, dummodo non ponantur corpore: quod sic patet. Quorumunque materia secundum esse differre ponitur, oportet, si ista materia est ejusdem ordinis in utroque (sicut materia generabilis et corruptibilis est una) quod diversæ formæ secundum quas diversum esse accepit, recipiuntur in diversis partibus materiarum. Non enim una pars materiarum, diversæ formæ oppositas et disparatas simul recipere potest. Sed impossibile est in materia intelligere diversas partes, nisi præintelligatur in materia quantitas dimensiva ad minus intermitata, per quam dividatur, ut dicit Commentator in libro de substantia Orbis (cap. 1, post princ.), et in 1 Physic., quia separata quantitate a sub-

(1) Citat etiam ex eodem 1-2, quæst. 4, art. 7, et in quæst. disp. de Pol., quæst. 9, art. 3, argum. 25. Sed apud ilium non occurrat: nam quod hic prius ad marginem indicabatur 2 de Consol., pros. 4, in med. feclitum est (Ex edit. P. Nicol.).

(1) Lib. 4 dialog., cap. 6 (Ex edit. P. Nicolai).

stantia, remanet indivisibilis, ut in 1 Phys. Philosophus dicit. Sed nulla forma recipitur in materia sub quantitate intellecta, nisi forma corporalis. Ergo impossibile est duos Angelos communicare in materia, vel in potentia unius ordinis. Sed omnis forma vel natura quae recipitur in diversis gradibus potentiarum, recipitur secundum prius et posterius secundum esse. Impossible est autem natum speciei communicari ab individuis per prius et posterius, nec secundum esse, nec secundum intentionem; quamvis hoc sit possibile in natura generis, ut dicitur in 5 Metaph. (text. 11). Ergo impossibile est duos Angelos, si sunt incorporei, esse unius speciei.

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis anima sit forma simplex, sicut et Angelus, tamen anima non recipit esse a Deo nisi in corpore: quia, secundum Augustinum, et infundendo creatur, et creando infunditur. Unde ex corpore recipit esse individuum: quod quia non dependet ex corpore, remanet individuum, etiam destruendo corpore. Ideo Augustinus dicit (7 lib. de Gen. ad lit. plures, a cap. 3 usque ad 15, et ad Renatum, lib. 1 de origine Animae), quod impossibilis est positio illorum haereticorum qui dicunt, plures animas ante corpus creatas fuisse. Si autem non est in Angelo: et ideo non est ratio similis.

Ad secundum dicendum, quod hoc tenet in perfectionibus quae sunt de natura rei, non autem in perfectionibus superadditis, quae non sequuntur ex principio naturae, quales sunt gratia et gloria. Possunt enim (1) etiam in corporibus diversa secundum speciem unum specie colorem habere.

Ad tertium dicendum, quod perfectio universi essentialis non attenditur in individualibus, quorum multiplicatio ordinatur ad perfectionem speciei, sed in speciebus per se. Unde magis appetit divina bonitas in hoc quod sunt multi Angeli diversarum specierum, quam si sint unius speciei tantum.

Ad quartum dicendum, quod delectatio secundum Avicennam (ubi supra), omne id quod habet esse aliud a sua quidditate, oportet quod sit in genere; et ita oportet quod omnes Angelii ponantur in praedicamento substantiae. Haec est enim ratio substantiae, prout est praedicamentum, secundum Avicennam (loc. cit.), quod sit res quidditatem habens, cui debetur esse per se, non in alio, scilicet quod sit aliud a quidditate ipsa: et ideo ex ipsa possibiliate quidditatis trahitur ratio generis: ex complemento autem quidditatis trahitur ratio differentiae, secundum quod appropinquat ad esse in actu; sed hoc differenter contingit in substantiis compositis et simplicibus: quia in compositis possibilias est ex parte materiae, sed complementum est ex parte formae; et ideo ex parte materiae sumitur genus, et ex parte formae differentia: non autem ita quod materia sit genus, aut forma differentia, cum utrumque sit pars, et neutrum praedicetur; sed quia materia est materia totius, non solum formae; et forma perfectio totius, non solum materiae; ideo totum potest assignari ex materia et forma et ex utroque. Nomen autem designans totum ex materia, est nomen generis; et nomen designans totum ex forma, est nomen differentiae; et nomen designans totum ex utroque, est nomen speciei: et hoc patet si consideretur quomodo corpus est genus animati corporis, et animatum differentia: semper enim inventur genus sumptum ab eo quod materia est, et differentia ab eo quod est formale: et inde est quod differentia determinat genus

erant in illo in potentia. Sed Angelus non exit de potentia in actum nisi sumatur potentia agentis; alias esset generabilis et corruptibilis: nec iterum est posse aliquod unum secundum rem in plures Angelos divisum: hoc enim non posset esse, nisi illud unum esset quantum. Ergo non inveniuntur plures Angelii unius generis.

5. Praeterea, omne genus univoce et aequaliter praedicatur de suis speciebus. Sed essentialia Angelorum qua consequuntur naturam communem in ipsis, inveniuntur in Angelis secundum magis et minus, ut in littera dicitur. Ergo videtur quod non sint unius generis.

4. Praeterea, quod differt ab alio in specie, si communicat cum eo genere, oportet esse compositum ex genere et differentiae. Sed compositio generis et differentiae presupponit compositionem formae et materiae, ut videtur: quia, secundum Avicennam (tract. 3 sue Metaph., cap. 5, 6, et 7), differentia sumitur ex principiis formalibus rei, genus autem ex materialibus: unde in 3 Metaph. (text. 10), dicuntur esse generis unum quae in materia convenient. Ergo videtur, cum Angelus non sit compositus ex materia et forma, et unus differat in specie ab alio Angelo, quod non possit etiam in genere convenire.

Sed contra, genus substantiae est tantum genus unum. Sed quilibet Angelus est in genere substantiae. Ergo videtur quod in genere uno convenient.

Praeterea, differentia addita generi constituit speciem. Sed incorporeum, secundum Porphyrius (Isag. lib. 1, cap. de differentia), est differentia substantiae. Ergo substantia incorporea est species substantiae. Praedicatur autem de multis Angelis species differentibus. Ergo est genus subalternum. Et ita in genere subalterno etiam Angelii convenienter.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod secundum Avicennam (ubi supra), omne id quod habet esse aliud a sua quidditate, oportet quod sit in genere; et ita oportet quod omnes Angelii ponantur in praedicamento substantiae. Haec est enim ratio substantiae, prout est praedicamentum, secundum Avicennam (loc. cit.), quod sit res quidditatem habens, cui debetur esse per se, non in alio, scilicet quod sit aliud a quidditate ipsa: et ideo ex ipsa possibiliate quidditatis trahitur ratio generis: ex complemento autem quidditatis trahitur ratio differentiae, secundum quod appropinquat ad esse in actu; sed hoc differenter contingit in substantiis compositis et simplicibus: quia in compositis possibilias est ex parte materiae, sed complementum est ex parte formae; et ideo ex parte materiae sumitur genus, et ex parte formae differentia: non autem ita quod materia sit genus, aut forma differentia, cum utrumque sit pars, et neutrum praedicetur; sed quia materia est materia totius, non solum formae; et forma perfectio totius, non solum materiae; ideo totum potest assignari ex materia et forma et ex utroque. Nomen autem designans totum ex materia, est nomen generis; et nomen designans totum ex forma, est nomen differentiae; et nomen designans totum ex utroque, est nomen speciei: et hoc patet si consideretur quomodo corpus est genus animati corporis, et animatum differentia: semper enim inventur genus sumptum ab eo quod materia est, et differentia ab eo quod est formale: et inde est quod differentia determinat genus

AD QUINTUM SIC PROCEDITUR. 1. Videtur quod Angelii non reducantur in unum genus. Quaecumque enim sunt unius generis, communicant in una potentia generis, ut dicitur in 10 Metaphysic. (text. 22): sed Angelii non communicant in una potentia generis, quia immateriales sunt. Ergo videtur quod non sint unius generis.

2. Praeterea, quaeunque exent ab aliquo communione, per divisionem exent ab illo, et prius

(1) Al. deest enim.

#### ARTICULUS V.

*Utrum Angelii sint unius generis.*

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod Angelii non reducantur in unum genus. Quaecumque enim sunt unius generis, communicant in una potentia generis, ut dicitur in 10 Metaphysic. (text. 22): sed Angelii non communicant in una potentia generis, quia immateriales sunt. Ergo videtur quod non sint unius generis.

2. Praeterea, quaeunque exent ab aliquo communione, per divisionem exent ab illo, et prius

sicut forma materiam. In simplicibus autem naturis non sumitur genus et differentia ab aliquibus partibus, eo quod complementum in eis et possibilis non fundatur super diversas partes quidditatis, sed super illud simplex: quod quidem habet possibilitem secundum quod de se non habet esse, et complementum prout est quadam similitudo divini esse, secundum hoc quod appropinquabilis est magis et minus ad participandum divinum esse; et ideo quod sunt gradus complementi, tot sunt differentiae specificae.

Ad primum ergo dicendum, quod non oportet quod convenient nisi in una intentione potentiae, quae est possibilis recipiendi esse a Deo, in quo subsistunt sine quantitate et materia.

Et per hoc patet responsio ad secundum: quia non oportet esse unam numero potentiam quae dividatur in omnes Angelos, vel in qua prius fuerint in potentia quam in actu.

Ad tertium dicendum, quod genus praedicatur aequaliter de speciebus quantum ad intentionem, sed non semper quantum ad esse, sicut in figura et numero, ut in 3 Metaph. (text. 11) dicitur. Sed hoc in speciebus non contingit, ut ibidem dicitur: unde ex hoc sufficiens posset probari quod non sunt unius speciei, non autem quod non sunt unius generis, cum convenient in genere, ad quod se habent omnes Angelii sicut diverse species numerorum se habent ad numerum, quarum sunt secundum esse est prior alia.

Ad quartum patet responsio per ea quae dicta sunt.

#### ARTICULUS VI.

*Utrum Angelus et anima differentia specie. — (1 p., quæst. 73, art. 7; contra Gent. 2, cap. 96; et opus. 1, cap. 25, art. 7.)*

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod Angelus et anima specie non differant. Quaecumque enim convenient in ultima differentia constitutiva, sunt eadem specie, quia ipsa est quae complectionem speciei. Sed Angelus et anima sunt humani. Ergo non differunt secundum speciem. Probatio minoris. Ultima differentia constitutiva sumitur ab eo quo nobilissimum in re est, cum se habeat ad genus et differentias praecedentes proportionabiliter sicut forma ad materiam. Sed Angelus et anima convenient in eo quod est nobilissimum in utroque, scilicet in intellectu. Ergo convenient in ultima differentia constitutiva.

2. Si dices, quod ultima differentia constitutiva Angelii est intellectuale, quod ab intellectu sumitur, ultima autem differentia animae est rationale, sicut etiam Dionysius (cap. 1 cael. Hier.), videtur distinguere ordinem intellectuum et rationabilium: contra. Ea que convenient communiter in duabus, non distinguunt inter ipsa. Sed intellectus non tantum ponitur in Angelis sed etiam in anima, ut patet in 5 de Anima (text. 3): similiter et ratio non tantum animae sed etiam Angelo convenient; unde Gregorius in homil. Epiph. Angelum animal rationale vocat; et supra Magister creaturam rationalem in Angelum et animam distinxit. Ergo Angelus et anima non differunt penes rationabilem et intellectualem.

3. Si dices, quod distinguuntur penes unibile. S. Th. Opera omnia. V. 6.

corpori et non unibile: contra. Quidquid consequitur rem habentem esse completum, non distinguunt eam essentialiter a re alia: quia omnia hujusmodi quae sic continentur rem, sunt de genere accidentium. Sed unio ad corpus est quedam relatio quae consequitur animam habentem in se esse completum ad corpus non dependens; alias sine corpore esse non possit. Ergo hoc quod est unibile corpori, non distinguunt essentialiter vel secundum speciem animam ab Angelo.

4. Praeterea, differentia specifica non assignatur alicui rei nisi secundum quod est in genere ut species: quia differentia est qua abundantat species a genere. Sed anima inquantum est forma talis corporis, non est in genere substantiae ut species, sed ut principium. Cum ergo unibilitas non conveniat animae nisi secundum quod est forma, videtur quod esse unibile non possit esse distinguens secundum speciem animam ab Angelo.

5. Praeterea, a quorum est unus finis, non differunt species, cum unilibet rei proprius finis respondeat. Sed idem est finis Angelii et animae rationalis; scilicet beatitudine aeterna, ut supra, distinct. 1. Magister dicit; quod etiam haberet ex eo potest quod dicitur Matth. 25, 50: *Eruunt sicut Angelii Dei in cœlo.* Ergo Angelus et anima non differunt species.

Sed contra, plus differt anima ab Angelo, quam unus Angelus ab alio. Sed unus Angelus differt ab alio secundum speciem, ut dictum est. Ergo multo fortius anima ab Angelo.

Praeterea, eidem formae vel per definitionem respondet idem perfectibile. Sed anima et Angelus sunt quedam formae, prout communiter omnes substantias a materia separatas formas dicimus, quarum formae materiales sunt imagines, ut Boetius in lib. 1 de Trinit. (in fine) dicit. Cum ergo animae respondent hoc perfectibile quod est corpus humanum, Angelo vero vel nullius vel alterius speciei, ut corpus aereum, secundum quod Augustinus (lib. 5 de Gen. ad lit. cap. 2) videtur dicere, vel etiam corpus celeste secundum opinionem Avicennae (lib. de Intelligentis) et quorundam philosophorum; videtur quod anima et Angelus non sunt unius speciei.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hoc sunt tres opiniones.

Quidam enim dicunt, quod anima non est in genere substantiae sicut species, sed sicut principium, cum sit forma; unde non proprie dicitur anima specie differre vel convenire cum alia substantia; sed proprie dicitur, quod secundum animam compositum ab alia vel cum alia substantia convenient specie vel differt. Sed hoc non videtur esse necessarium: quia, ut Avicenna dicit in sua Metaph. (tract. 2, cap. 1, et tract. 6, cap. 3), ad hoc quod aliquid sit proprie in genere substantiae requiritur quod sit res quidditatem habens, cui debetur esse absolutum, ut per se esse dicatur vel subsistens: et id o modis potest contingere quod aliquid ad substantiae genus pertinet, non sit in genere substantiae sicut species: vel quia res illa non habet quidditatem aliam nisi summa esse; et propter hoc Deus non est in genere substantiae sicut species, ut ipse Avicenna dicit (ubi sup. in tract. 6, cap. 5, 6 et 7): vel quia res illa non habet esse absolutum, ut ens per se dici possit; et propter hoc materia prima et formae materiales non sunt